

tionem proxime p[re]cedentem manifestum euadat: donationem omnium bonorum, etiam futurorum, iure sustineri frustra in quaestione vocatur: an t[ame]n valeat isthac omnium bonorum donatio, iuramento firmata: vel Eccl[esi]e, siue p[ro] causa facta: vel referuato usufructu, vel re quadam alia ad testandum sufficere: p[ro] quibus casibus omnibus hanc donationem valere (reputata hic Clari nostri, & aliorum opinione) post plures alios, quos citat, scribit Fachineus libro sexto, controuers. iur. capit. 88. cum quatuor sequentibus, & Gutierrez in tractat. de iuramento confirmator. parte prima, capit. vnde cimo, numer. septimo, & alii quot seqq. De iisdem casibus consilatur quoque Petrus Nicol. Mozzius in tractatu de donat. sub tit. de rebus, quae donari possint, vel non num. 6. & sequentibus. Harpre.

b Speciale est in Ecclesia. Idem in pio loco dicendum secundum Bald. in l. i. ubi dicitur. C. de sacros. Eccl[esi]e. Idem etiam in donatione ob causam dotis dicendum est fauorem matrimonij, Oldrad. c. 5. Boer. dec. 333. num. 10. Fel. in cap. in p[re]sentia, num. 5. de proba. & eam dicit communem Purpur. in l. fin. nu. 242. C. de pact. Socin. regul. 69. fol. 4. Gouean.

confirmatur iuramento. Ita dicit Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 3. & ita tenent communiter omnes Doct. vt dicit Guid. Pap. conf. 214. numer. 5. Bertrand. conf. 182. nu. 1. lib. 2. in 2. par. Hanc etiam dicit esse communem Decius in l. pactum, quod dotali. num. 1. & seq. C. de pactis, quem refert Gratus c. 19. nu. 12. lib. 1. Ripa libro 3. responsorum. c. 14. nu. 2. Curt. Iun. in d. l. fin. nu. 57. C. de pactis. Quem refert Episcopus Loazes in suis Allegatio. pro Marchione Velez, folio 211. num. 42. & Didac. in rubr. de testam. in 2. parte, num. 4. Cagnol. in d. l. fin. num. 220. Socin. iun. conf. 44. nu. 35. lib. 2. Crauetra conf. 139. num. 8. & sequent. Duennas in d. regula 219. in 2. ampliat. & ita etiam in simili videmus, quod testamentum iuratum potest, non obstante iuramento, quando obstat, & contraria voluntate reuocari, vt dixi supra lib. 3. §. testamentum, quaestione 44. vers. Sed quid si testator.

2 Item quaero, nunquid huiusmodi donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum annullatur in totum, an autem pro parte tantum? Respon. quod annullatur in totum. Et hoc est communis opin. vt ait Bald. in d. l. fin. num. 19. in fin. Curt. iun. in d. l. fin. post numer. 61. ita quod non sustine-

tur, neque respectu bonorum praesentium tantum, neque respectu futurorum tantum. Et hanc opinionem dicit esse communem Guido Pap. consilio 214. post numerum quintum. Purpurat in d. l. fin. num. 247. quem refert Duennas in d. regul. 219. in quinta ampliat. Facile posset disputando teneri contrarium, sicut etiam videmus, quod donatio nulla ex defectu in situacionis sustinetur usque ad quingentos solidos, vt dixi supra quaestione decima septima, vers. sed quaero; in iudicando tamen non recedat a communi.

Vltimus quaero, nunquid conclusio locum habeat, etiam si huiusmodi donatio esset facta Ecclesiae? Respondeo, quod non sed speciale est in Ecclesia, vt valeat, donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum illi facta. Ita tenet Bartol. loquendo per verbum, forte, in dicta l. fin. numero decimotertio, & est communis opin. vt dicit Felin. in cap. in p[re]sentia, de probat. prout illum refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchione Velez, fol. 246. numero vigesimo septimo. Ego tamen non reperio Fel. dicto cap. in p[re]sentia, attestantem de communi; licet ipse teneat hanc sententiam ibi, numero 5. & 6. vbi loquitur de hoc articulo. Bene attestatur hanc esse communem Purpurat. in d. l. fin. numero 242. Paris. in d. cap. in p[re]sentia, numero 21. Cagnol. in d. l. fin. num. 203. quem refert Didac. in Rubrica de testam. in 2. part. num. 5. in fin. & Duennas in d. regul. 219. in 1. limitat. Si enim potest quis personam suam dicere Ecclesiae, multo fortius debet etiam posse dedicare Ecclesiae omnia bona sua praesentia, & futura. Non tamen potest negari, quin etiam magna sint auctoritates tenentium contrarium, & forte in p[ri]mo iuris illa est verior, nihilominus si casus contingeret, propter fauorem Ecclesiae non audeo a communi opinione recedere iudicando, aut consulendo.

4 Sed pone, quod duo fratres faciant sibi inuicem mutuam donationem omnium bonorum, vel in eam societatem, siue fraternitatem reciprocam, nunquid talis donatio valebit? Respon. quod sic, fauore agnationis conseruanda. Et ita communiter tenetur, vt ait Boer. dec. 355. numer. 3. & de hoc non est dubitandum, quia non solum inter fratres, sed inter quoscunq[ue] valet donatio omnium bonorum post mortem collata, vt dixi supra q. prox. vers. sed quid si quis.

QVAESTIO XXI.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Donatio potest propter ingratitudinem reuocari, & hoc ex dispositione l. fin. C. de reuoc. dona.
2 Et an propter alias causas, quam illas quinque expressas in d. l. fin.
3 Et an si donatorius donatorem egenum alere recuset.
4 Donatio ob causam an possit propter ingratitudinem reuocari.
5 Donatio facta Ecclesiae an possit reuocari propter ingratitudinem prelati, vel capituli.
6 Et an prelati, qui alicui contulit beneficium possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare.
7 Et an valeat pactum, quod donatio non possit propter ingratitudinem reuocari.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio legitime facta temere non reuocatur.
2 Propter quinque causas ingratitudinis donator rem donatam reuocare potest.
3 Nunquid etiam ob alias causas praeter istas quinque iure expressas, res donata reuocari queat.

- 4 Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.
5 Particula (Ita vt) sunt nota definitionis, ac determinationis.
6 Particula taxatiua an, & quatenus causas similes, siue grauiiores excludant.
7 Oda sint restringenda.
8 An donatarius donatorem egenum alere teneatur.
9 Liberi parentibus alimenta praestare coguntur.
10 Sensus l. alimenta, §. 1. ff. de agnos. & alend. liber.
11 Libertas pretio nummario non astimanda.
12 Intellectus l. decurionibus, §. de decurionibus.
13 Eequid donatio ob causam, seu remuneratoriā propter ingratitudinem reuocari possit.
14 Quid de donatione Ecclesiae facta statuendum.
15 Et quid de beneficio Ecclesiali, homini in agro collato.
16 An pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarij sit validum.
17 An, & quatenus pactum istud iuramento confirmetur, remissit.
18 Eequid ingrati actio, quae donatori ad rem reuocandam competat, civilis sit, an vero realis.
19 Actio in rem, cui detur.
20 Omnis actio, ex delicto descendens, est personalis.
21 Actio in rem datur in possessorem.
22 Num donatarius ingratus fructus rei donatae ante reuocationem percipere restitueret teneatur.

ADDI-

ADDITIONES.

Res sunt. Verum aduerte, quia requiruntur etiam alia numero 10. qui num. sequent. dicit etiam, quod beneficium reuocandi propter ingratitudinem, quo donans haud fuit usus, non transit ad eius haeredes. Giach.

Donatio potest reuocari propter ingratitudinem donatarij. Donatio rite, & legitime facta licet tenere non retractetur, aut reuocetur, §. alia autem, 2. Instit. de donat. l. 2. cum tribus seqq. C. de reuocand. donat. Insuper ita tamen donatarij facit, vt donator rem donatam reuocare possit, l. vltim. C. dict. tit. vbi causa ingratitudinis quinque sunt expressae. I. Est, si t[ame]n donatarius donatori manus impias, & violentas iniecerit. II. Si iniuria atrocis (verbalis scilicet, vt differat a causa praecedente) eum affererit. III. Si graue iamentum rebus ipsius intulerit. IV. Si vita eiusdem iniurias struxerit. V. & Vltima si conuentiones in donatione appositae non impleuerit. De quibus causis latius differunt Petrus Nicolaus Mozzius in tract. de donation. sub tit. quomodo annullatur, & reuocetur donatio, nu. 22. cum seqq. & Donell. lib. 14. Comment. iur. ciuil. cap. 27. ibique in suis notatis Hilligerus. Harpre.

Sed nunquid etiam ob alias ingratitudinis causas in ipsa lege non expressas poterit donatio reuocari? Respon. quod sic. Et ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo voluerit. Et est commun. opin. vt dicit Rim. ibi q. 41. post nu. 144. vbi etiam post nu. 164. attestatur ita communiter teneri. Pro qua opin. facit, quia in simili videmus, quod potest filius a patre exheredari, etiam si non reuocanda: cuius exceptione postea subiungit, causas quinque enarrando, ob quas reuocari queat donatio. Att[ame]n t[ame]n omnis exceptio stricte accipienda est, regulamque confirmat in casibus non exceptis, l. quaestum, 12. §. denique Neratius 43. ff. de instruct. & instrum. legat. l. 1. ibique Decius numero 21. ff. de reg. iur. Nouell. 7. cap. secundo. Illud quoque satis innumum modo causis, & vt proinde ex illis reliceat, propositum, & intentionem Imperatoris fuisse, certas causas reuocanda donationis definire, ac determinare. Praeterea Iustinianus in dicta l. vltima, Codice de reuocand. donation. taxatiue loquitur; verficulo ex. l. in tantummodo causis, &c. Si alia similes, vel maiores admittenda essent causa, quid opus fuisset causam enumeratione? aut cur Imperator illam particulam (tantummodo) adiecisset, si adhuc alias causas assumere liceret? Et quoniam respondere dissentientes; particulas taxatiuas, & exclusiuas non excludere causas similes, aut grauiiores, in quibus eadem, aut etiam maior ratio subit: id ramen hic locum sibi vindicare nequit. Quandoquidem cum particula taxatiua (tantummodo) concurrat tum propositum Imperatoris volentis certas causas definire, cereroseque excludere, tum odium dictae l. vltim. quae pernam decernit illis, qui in donatorem ingrati exiterint: Odiosa autem per se, & sua natura restringenda esse, patet ex l. praes. §. 2. & l. interpretacione, 42. ff. de penis. item ex capit. odia, 15. & cap. in penis. 49. de reg. iur. in 6.

Sed quaero, an haec conclusio, quae habet, quod donatio potest propter ingratitudinem reuocari, procedat etiam ad paupertatem redactum alere recuset, arg. l. alimenta, 6. §. 1. ff. de agnos. & alend. liber. & l. decurionibus, §. ff. de decurionibus, cum necans alimenta necare videtur, necare, 4. ff. de agnos. & alend. liber. & notat Clarus hic numero 3. Nam respondetur primo, quod donatarius non fit obligatus naturaliter, multo minus ciuilitate ad alendum donatorem egenum: & vt maxime naturaliter esset obligatus: nulla tamen praestandi alimenta necessitas ipsi incumberet. Deinde licet donatarius cogatur alere donatorem egenum, & si id non faceret, ingratus iudicaretur: non tamen protinus ab ipso reuocari donatio posset: quoniam non quaeris, sed gratis, & insignis ingratitudo ad hoc requiritur, vt donatio reuocetur.

Sic quamuis liberi parentes alere teneantur, lege si quis a liberis, & tot. tit. ff. de agnos. & alend. liber. vel parentibus: non tamen propter alimenta non praestita, liberi a parentibus

Ob causas a iure non expressas, quae tamen sint similes, seu maiores expressis, vt dixi supra lib. 3. §. test. q. 41. versic. sed quaero.

Quid ergo si donatarius donatori indigenti alimenta denegauerit? Cum enim negans alimenta quodammodo necare videatur, necare, ff. de lib. agnos. negari non potest, quin haec legitima causa sit, propter quam donatio propter ingratitudinis possit reuocari, & ita tenet gloss. in d. l. fin. in verbo, voluerit. & haec est communis opinio, vt attestatur Salic. in d. l. fin. prout illum refert Ripa in ea. l. fin. quaest. 49. quamuis in libro meo ego non reperiam illum attestari de communi. Et licet gloss. in l. in condemnatione, in gl. 1. in fin. ff. de regul. iur. teneat, quod regulariter donatarius non teneatur alere donatorem, & illam sequi communiter Doct. attestatur Bald. in d. l. fin. numero 7. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 172. nu. 30. non tamen esset a prima opin. recedendum, quae proculdubio est magis communis, & aequior. Quae tamen intelligenda est, vt procedat pro modo facultati utriusque, scilicet, tam donatoris, quam donatarij, & pro modo etiam rei donatae, & si petatur, non autem aliter. Vide, quae dixi infra hoc eod. lib. §. feudum, q. 23.

Sed quaero, an haec conclusio, quae habet, quod donatio potest propter ingratitudinem reuocari, procedat etiam

ad paupertatem redactum alere recuset, arg. l. alimenta, 6. §. 1. ff. de agnos. & alend. liber. & l. decurionibus, §. ff. de decurionibus, cum necans alimenta necare videtur, necare, 4. ff. de agnos. & alend. liber. & notat Clarus hic numero 3. Nam respondetur primo, quod donatarius non fit obligatus naturaliter, multo minus ciuilitate ad alendum donatorem egenum: & vt maxime naturaliter esset obligatus: nulla tamen praestandi alimenta necessitas ipsi incumberet. Deinde licet donatarius cogatur alere donatorem egenum, & si id non faceret, ingratus iudicaretur: non tamen protinus ab ipso reuocari donatio posset: quoniam non quaeris, sed gratis, & insignis ingratitudo ad hoc requiritur, vt donatio reuocetur.

Sic quamuis liberi parentes alere teneantur, lege si quis a liberis, & tot. tit. ff. de agnos. & alend. liber. vel parentibus: non tamen propter alimenta non praestita, liberi a parentibus

10 bus exheredari queunt. Neque t̄ obstat dicta l. alimenta, 6. §. 1. ff. tit. Si quidem non de donatario, sed de liberto loquitur, qui patrono egentia alimenta denegavit: neque hic vlla comparatio est patroni, & donatoris. Et si enim is donatarius beneficio affecterit, & liberalitate ad gratitudinem, atque remunerati- nem obstrinxerit: attamē, patronus longe maius in li- bertum contulit benefi- cium, libertatem t̄ scilicet, rem omnium precio- sissimam, nulloque precio nummatio æstimandam, leg. libertas inæstimabilis, 106. ff. de regul. iur. Pari ratione nihil ad rem per- tinet dicta l. decurionibus, 8. ff. de decurionibus. Illic etenim singulare traditur decurionum privilegium, quod personas illorū non egreditur, nec ad exem- plum porrigitur, §. sed, & quod principi, 6. Inst. de iur. nat. gent. & civ. l. quod vero, 14. & l. ius singulare, 16. ff. de legibus, &c. Atque, ita docent Donellus, dicto libro 14. Commen. cap. 27. Giph. ad d. l. vltim. C. de reuocā. donat. Obrecht. disput. 3. de donationibus, the. 113. cum seqq. Hachelm. dis- put. illustr. 19. the. 17. sub lit. B. alijque ab eo com- memorati Harpr.

d Ob causam. Et quā- do vere dicatur donatio ob causam, dixi infra q. vltim. Giach.

o Procedat in donatione ob causam. Tametsi quidam Doctores existimāt, quod supradicta conclusio, quæ habet donatio- nem propter ingratitudi- nem reuocari posse, proce- dat etiam in donatione ob causam, seu remuneratoria: Gusiē. de Cunea, & Bald. in l. si tibi pecuniam, 20. ff. de reb. credit. si cer- tum pet. hosque referens Rol. ad Val. conf. 13. nu. 10. vol. 1. con- trarium tamen communiter receptum est, ex hac ratione: quod donatio ob causam, & remuneratoriā, non sit proprie donatio: nisi dicatur, reuocari donationem ob causam: propter ingratitudinem in eo, in quo donatio excedit causam: cum in excessu sit proprie donatio: vt. post Corneum conf. 45. lib. 4. tradit Petr. Nicol. Mozz. d. tract. de don. tit. vlt. nu. 64. Harprec.

e Donatio. Vt tradit Crauet. conf. 85. & 136. & dixi d. vlt. quæst. Giachar.

f Nunquid donatio facta Ecclesie possit reuocari. Quod donatio facta Ecclesie, propter ingratitudinem Prælati, vel capituli reuocari nequeat, post Clarum nostrum tenet quoque Mozzius d. tit. ult. num. 65. Harpr.

15 g Prælati conferens alicui beneficium, &c. Quod t̄ benefi- cium ecclesiasticum ingrato collatum, ab eo auferri non pos- sit, ultra Clarum hic nostrum, & ab eo relatos, scribit Mozzius modo allegato tit. ult. num. 66. Harprec.

26 h Nunquid t̄ valet pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingratitudinem reuocari. Quod pactum dona- tionis appositum, de non reuocanda donatione propter ingra- titudinem donatarij, nequaquam valet, plerique tradiderunt. Speculator ad tit. de donat. §. 1. num. 5. Ripa in d. l. ult. qu. 54. num. 180. & seq. C. de reuoc. donat. Boerius conf. 41. nu. 11. Io. Gutierrez in tract. de iuram. confirmatorijs, part. 1. cap. 10. n. 5. Tiraquell. in l. si unquam, 9. in præfat. num. 140. de reuoc. don.

hosque laudans D. Boer. in Comment. de donation cap. 3. nu. 99. & D. Obrecht. d. disput. 3. de donat. thes. 107. Et quidem re- cte tradiderunt: si quidem isthoc pactum contra bonos mores esse censetur, l. si vnus, 27. §. pacta, 4. ff. de pactis, l. illud, ff. de pact. dotalibus, l. contractus, 23. verfi. excepto eo. ff. de reg. iur.

17 Ceterum t̄ an, & quate- nus hoc pactum iuramen- to firmari possit, abunde (relatus in vtraque par- te Doctorū auctoritatib.) exponit D. Boer. d. cap. 3. nu. 100. Porro non inutili- ter hoc loci illa quæstio ad di, & moueri poterit: ec- quid ingrati actio, quæ vi- delicet t̄ donatori ad rem ob ingratitudinem dona- tarij reuocandam compe- tit, personalis sit, an vero realis: Quod sit realis, sta- tuere videtur Donellus ad §. omnium autem 1. num. 14. Institut. de actionibus. & libro 20. Comment. de iur. civ. c. 9. hac potissimū ratione motus, quod in l. his solis, 7. C. de reuocan- donatio. diserte ab Impp. Constantino, & Constantio rescribitur, actionem, quæ datur matri ad dona- tionem ingratis liberis fa- ctam reuocandam, effectū habere vindicationis, adeo que realem esse. Sed quod præfata actio non sit in re, sed in personam, sequen- tibus argumentis luculen- ter demonstratur. Primo enim verba in dict. l. solis, 7. versic. actionem verō, Cod. dict. expressa sunt: Actionem vero matris ita personalem esse volumus, vt vindicationis tatum ha- beat effectum: nec in hære- dem detur, nec tributatur hæred. Quibus ex verbis perspicere promptum est, actionem hanc reuocatoriā esse reuera, siq. natura personalē quāuis in effectu solū isto, q̄ neque hæredi detur, neq. in heredem cū rei vindicatione conueniat. Iā vero quæ in effectu conueniunt, re ip- sa prouinus, & essentia nō cōueniūt. Deinde actio in re nemini datur, nisi qui rei, quæ petitur, dominus est, d. §. Inst. de actioni- bus, l. in rem actio, 23. ff. de rei vindic. At qui is, qui re donatā ex causa ingratitudinis reuocat, non amplius dominus est rei iustus, vt cuius dominium per traditionem in donatarium transfule- rit, §. per traditionem, 40. Inst. de rer. diuis. Ideoque ei de re ista reuocanda, & repetenda vindicatio cōpetere nequit. Præterea t̄ omnis actio, ex delicto descendens, est personalis, d. §. 1. Inst. de actionib. At vero actionem hanc donationis reuocatoriā ex delicto priuato, ingratitudine scilicet insigni donatarij in dona- torem nasci, nemo negare potest. Denique t̄ actio in rem datur in possessorem, quatenus possessorē, l. qui petitio, 36. ff. de rei vind. Præfens autem actio datur in donatarium, tanquam ingra- tum, & delinquentem, siue ex delicto obligatum, d. l. his solis, 7. C. de reuoc. don. Ergo nō in rem sed in personam est. Idque fu- sus declarat D. Boer. d. comment. de donat. c. 3. num. 93. & alii quot seqq. Illud quoque hic paucis addendum: quod t̄ donata- rius ingratus non teneatur rei donatæ fructus, ante reuocatio- nem vsque ad litis contestationem perceptos restituere: tamen- si post litem contestatam eos restituere cogatur, lege cerrum, 22. C. de rei vindic. Tiraq. in l. si unquā, 8. in verb. reuertatur, nu. 281. C. de reuoc. don. Gutierrez in tract. de iuram. confir. par. 1. c. 10. nu. 7. cum seq. D. Boer. d. c. 3. nu. 102. Harpr.

g Prælati conferens alicui be- neficium ecclesiasticum, vi- detur quodammodo donare: nunquid si ille, cui contulit be- neficium, commiserit aliquam ingratitudinis causam in per- sonam conferentis, poterit ip- se ea ex causa collationem re- uocare? Resp. quod non. Ita tenet Ioan. Andr. & commu- niter Doct. vt dicit Abb. in c. fin. nu. 6. de don. Nam colla- tio beneficij non potest dici do- natio, ex quo Prælati illam facit potius ex ne cessitate offi- cij, quam ex liberalitate. Hæc etiam opin. dicit tenere com- munitur Doct. Ripa in d. l. si. nu. 158. & seq.

7 Quæro et̄, nunquid t̄ valet pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingra- titudinem reuocari? dixi inf. hoc eod. lib. §. pactum.

QVÆSTIO XXII. S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l. si unquam, C. de reuoc. don.
- 2 Et quid si testator tempore donatōnis de liberis cogitauit.
- 3 Et quid si tempore donationis habeat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint.
- 4 Et quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni d. l. si unquam.
- 5 Et an dispositio. d. l. si unquam. lo cum habeat etiam in dona- tione partis bonorum, vel rei alicuius particularis.

Ex Additionibus

- 1 Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex di-

A D D I T I O N E S.

a Donatio reuocatur ex dispositione d. l. si unquam. Sed an hoc casu retro transferatur dominium, & possessio in ipsum donantem abq; traditionem: An vero requiratur traditio? Ruin. quod si- ne traditione, sed ipso iure, in cōf. 173. col. penult. habet etiam locum d. l. dispositio, quādo res dona- ta est talis, quam veri- similiter arbitrio boni vi- ri pater non donasset, si filium postea natum ha- buisset: per ea quæ tradit Ruin. in cōf. 124. item procedit in re particula- ri notabilis valoris per eundem cōf. 98. nu. 19. & cōf. 107. col. fin. lib. 1. item procedit, quando filius natus statim mori- tur. Corn. cōf. 176. col. fin. vol. 2. Item habet lo- cum in renunciatione post ius quæsitum, Ruin. cōf. 98. nu. 20. Giach.

QVÆST. XXII.



Vbsequens causa reuo- candæ dona- tionis à iure tradita, est superuenien- tia liberorū,

quæ quidem materia videbitur forte nonnullis omitti potuisse, cum de ea extent due repeti- tiones amplissima, in d. l. si un- quam. C. de reuoc. donat. altera quidem Ripæ, altera vero Tira- quelli, in quibus nihil fere omis- sum est: Noli tamen videri ali- qua in re in totum defecisse. At- tinguam igitur solummodo ali- qua capita earum quæstionum, quæ in practica frequentius oc- currunt, easque, quam breuissi- me fieri poterit, explicabo: re- tione liberorū procrean- dorum ducto, in totum per superuenientiam li- berorum reuocatur, l. si unquā, 8. C. de reuocad. donat. Cuius legis dispo- sitio quamuis de patro- no donatore, & liberto donatario diserte loqua- tur: tamen t̄ non inepte ad quemcunque donato- rem, liberis non habentē, porrigitur. Quoties. n. ratio legis est generalis, toties lex ipsa generalis censetur: cum dispositio legis, quantumuis ad certas personas accommodatæ, ex generalitate rationis extensionem admittat. Atqui vero ratio dictæ l. si unquam, 8. C. d. tit. videtur esse generalis, & non magis ad donationem cum liberto, quam ad donationem cum quouis extraneo celebratam pertinere. Ratio namque, cur illic, liberis post donationem donatori natis, reuocetur donatio, hæc redditur: quod cum t̄ pater non præsumatur proprio sanguini extraneos antefere re voluisse, argu-

- 1 Dispositio l. si unquam, 8. C. de reuocand. donat.
- 2 An dispositio ista porrigatur etiam ad aliu parentem, quam paternum liberto sub donantem.
- 3 Pater non præsumitur proprijs liberis præferre extraneos.
- 4 Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.
- 5 Num in dubio donator præsumatur cogitasse de liberis, vt scilicet beneficium dictæ l. si unquam cesset.
- 6 An, & quatenus pater iuri donationem reuocandi renuncia- re queat.
- 7 Et quid, si iuramentum interuenerit.
- 8 Ratio naturalis liberis parentum hereditatem addicit.
- 9 Conciliatio auarum contrariarum opinionum, remissiuæ.
- 10 An dispositio dictæ l. si unquam. in modica donat. one locum habeat.
- 11 Quæ res leuis, siue modica dicatur, arbitrio iudicis relinqui- tur.

ment. l. cum auus, 102. ff. de condit. & demonstrat. l. generali- ter, 6. §. 1. C. de instir. & substitut. l. cum acutissimi, 30. C. de fideicommissis, intelligatur tacita hac conditione donationem fecisse, vt, si liberi postea nati fuerint, donatio ad se, suosque liberos reuertatur. Militante igitur t̄ hac ratione non solum in patrono, d. l. 8. C. reuo- cād. donat. verum etiam in omnibus alijs donato- ribus: militabit quoque dispositio, argum. l. nam, vt ait Pedius, 1. §. ff. de le- gib. l. illud quæsitum, 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio 108. ff. de verb. obligat. Atque ita, præter Clarū hoc loco nostrum, & ab eo relatos, statuunt My- ninger. cent. 5. obseru. 63. cum seqq. Petrus Nicol. Mozz. in tract. de donat. tit. vlt. num. 74. Cuiacius lib. 20. obseru. c. 3. Fach- neus lib. 3. controuers. iur. c. 85. D. Collega Bo- cer. in Commentar. de donationib. cap. 3. num. 110. Forster. disput. 10. ad Instir. th. 18. Gomef. tom. 2. var. resol. c. 4. de donat. num. 11. Treut- ler. disput. 19. th. 7. vol. 2. Hackelman. disp. illustr. 19. th. 17. Hænon. disput. 6. ad Institut. controuers. 21. Vultreus in §. alie au- tem. 2. num. 7. Instir. de don. & ibidem Heigius in fine, Hartman. Hart- mani, lib. 2. tit. 43. obseru. 1. & Gothofred. in not. ad dict. l. 8. littera I. C. de reuocand. Tametsi mul- ti, non spermendæ aucto- ritatis Iureconsulti, dif- sentiant, contententes, donationem fœmel per- fectam, natis postmo- dum donatori liberis, non reuocari, nisi donator fuerit pa- tronus, & donatarius libertus. Ioan. Corafus lib. 7. miscellan. iur. ciu. cap. 30. Francisc. Connan. lib. 5. Comment. iur. ciu. cap. 10. Giph. & Donell. ad d. l. si unquam, 8. C. reuocand. donat. idemque Donell. lib. 14. Comment. de iur. ciu. cap. 32. & inibi Hilliger. Ant. Faber. lib. 7. coniect. iur. ciu. cap. 14. & 15. Ioan. Nicell. disput. feud. 5. th. 8. sub littera A. Andr. Ger- hardi decad. 6. quæst. 10. Arumæus Exercitat. Iustin. 6. th. 16. & Di-